suspicionis q; sunt hanc (l nonnulli) maurulae capiunt · quod autem sequitur anathot quae hodie appellat
hieremiae · trib; ab hierusalem milib; separata usq; ad torrentem cedron qui
scribitur in euangelio · id est in ualle iosephath hubi ortus erat · in quo et iudas
proditor tradidit saluatorem ciuitatis fundamenta iaciant; Lecturi inquiunt
sumus in consequentib; anan ehel filium sellum patruelem fuisse hieremiae ·
cuius emit agrum et haec est turris anan ehel · ignorantes hebraicam ueritatem ·
hic enim iuxta hebraicam scribitur · a turre ananehel per n uidelicet mediam
litteram · ibi autem · ecce anamehel filius sellum patruelis tuius ueniet a dicere ·
per mediam · m · litteram · in uno contexit dominum saluatorem · qui habet clauem
dauid · qui aperit et nemo claudit et qui claudit et nemo aperit · qui signatum
quoq; isaiae librum et omnium prophetarum aperuit · et ad horauerunt uiginti quattuor
seniores tenentes citharas · quod solus potuerit diuinarum scripturarum mysteria · Aggre
diamur aedificium ciuitatis ad quam propheticus sermo dirigitur; Gloriosa
dicta sunt de te ciuitas dei · et fluminis impetus laetificat ciuitatem dei · Edificatur itaq;
ecclesia a turre oboedientiae suae gratiae et donorum dei · hoc enim interpretatur ananehel ·
usq; ad portam anguli quae dicitur ut uideatur in tantum habere sublime quam diu in ista
carne consistimus · rectam ueritatis lineam non possumus possidere; Sed in angulo
stamus · et factis lineis exit q; ultra funiculus mensurae contra eam · id est portam anguli
super collem gareb qui in lingua nostra uertitur aut incolatus aut scabies · ut doceat nos
aduenas esse · atq; peregrinos et auribus prurientes et ad nouitatem dogmatum pessi
morum facile praebere consensum · et circuibit in quid goatha per quo interpretatis lux peregri
ne lucis lapidibus; qui uoluuntur super faciem terrae · et angulari lapide, constringuntur
dicente apostolo petro; et ipsi tamquam lapides uiui superaedificamini domus spiritales
sacerdotium sanctum offerentes spiritales hostias et acceptabiles deo · per ihesum christum et omnem
inquid uallem phagarim quod interpretatur ruinarum et cineres · subaudit circuibit itaq; quam ob

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0322